Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cem amic. Si non quod ego uolo. sed qd tu.
Et uenit. et inuenit eos dormientes. Et ait pe
tro. Symon dormis. Non potuisti una hora
uigilare. Vigilate et orate. ut ñ intretis in
temptacionem. Spe quidem pnptus e. caro aut
infirma. Et iterum abiens orauit eundem sermo
nem dicens. Et reuersus denuo. inuenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. et
ignorabant quid responderent ei. Et uenit
tercio. et ait illis. Dormite iam. et requiescite.
Sufficit. uenit hora. ecce tradet filius hominis
in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce
qui me tradet. prpe est. Et adhuc eo loquente.
uenit iudas scariothis unus exduodecim. et
cum illo turba multa/cum gladiis et lignis mis
si a summis sacerdotibus/et a scribis et a senioribus.
Dederat autem traditor eis signum dicens. Quem cum
osculatus fuero. ipse est tenete eum. et ducite
caute. Et cum uenisset. statim accedens ad
eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi
manus iniecerunt in eum. et tenuerunt